Anno 1532 24. 20 Febr. Ex M. S. B. Zal.

# Sigismundus Rex Poloniæ Ferdinando Regi Ungariæ

26

Sme. Agentibus nobis hic Mense proeterito Conventum Rni Nri publicum omnium Ordinum cœtus graviter nobiscum expostularunt, quod male ficias et injuria prædonum qui in Slesia foventur et ex inde subditos pleros[que] nostros cædibus et damnis afficiunt tam patienter tolleramus ut magis illorum videamur parcere maliciæ quam compati subditorum nostrorum damnis et oppressioni de quare et si nos id quod verum erat illis responderimus q[uo]d scilicet cum Mte vra non semel egissemus, ut et prædonum audacia in Slesia cohiberetur, et subditorum Nrorum damna sartirent. illis tamen cum non satis visum esset de his nos cum Mte Vra egisse, et uti[que] satis factionem vel securitatem in Slesia nullam præstitisse iterum atq[ue] iterum a nobis contenderunt, ut statutum Rni de non inferendo bello vel inimicis non denunciandis dm editum relaxaremus et vim vi ase deinceps iniis repellere potestatem faceremus.

Quod cum nobis non videretur ad tranquilitatem, et mutuæ vicinieq[ue] amicitiæ rationes pertinere asentiri in hoc petitioni illorum nolluimus—

Sed nos avatavos esse cum Mte Vra Sua recipi
mus, ut simul et Bestka ac Miska alliorum praedonum
licentia in Silesia intercipiatur. Quare rogamus a
Mte Vra Sua velit pro mutua subditorum Nostrorum
necessitate et boni vicinitatis tranquillitate serio
et mature tandem providere, ut praedones praedicti et
alii quivis viarum obsessores in Silesia et aliis Do
minis Mtis Vrae receptum non habeant, et subditis
Nris negocia, illic habentibus tuta et libera effici
antur commeandi itinera; denique ut de rebus ablatis
et in iuriis quibusvis allatis justicia petentibus
ministretur, ne subditi nostri minus injuriis laces
siti, aliquid vicissim contra subditos Mtis Vrae ad
mittere cogatur quod neque nobis neque Mti Vrae admit
tere cogatur, gratum vel commodum videri possit.

Ceterum etiam a Mte Vra rogamus ut finium
terminos quos inter Slesiam et Maiorem Polo
niam Mti Vrae et Nostri Commissarii utrinque statu
erunt, et firmarunt, teneri et custodiri mandet. Nam
subditi Nri crebro ad Nos deferunt, Henricum Car
shott et Nackemberk rejecta Mtis Vrae et nostrorum
Commissariorum ordinatio, ne et deffinitione finium
signa et metas manu violenta turbare et disjicere.
Factura id Mtas Vra Sua pro officio se Christiano

Principe

Principe digno et promitua Nostra benevolentia subditos Nostros tranquillitate, cujus benevolentiae et amori fraterno Nos plurimum commendamus, et ex animo optamus ut ipsa sit semper felicissima omniqu laude, diu vivat atq recta sua et prosperâ valetudine fruatur. Cracoviae 20 Februarii 1532. Anno Regni Nri 26.